

in eo tractu ultimi¹. Hactenus enim ad Occidentem versa litora pertinent. Deinde ad Septentriones toto latere terra convertitur a Celtico promontorio² ad Scythicum usque. Perpetua³ ejus ora, nisi ubi modici recessus ac parva promontoria sunt, ad Cantabros penè recta est. In ea primùm Artabri sunt, etiamnum Celticæ Gentis: deinde Astures⁴. In Artabris sinus ore angusto admissum mare non angusto ambitu excipiens, Adobrigam urbem, et quatuor annuum ostia incingit: duo, etiam inter accolentes, ignobilia⁵ sunt: per alia duo Mearus exit et Ivia. In Asturum litore Noega est oppidum: et tres aræ, quas Sestiãnas vocant, in penè insula sedent, et sunt Augusti nomine sacræ, illustrantque terras antè ignobiles. At ab eo flumine, quod Saliam vocant, incipiunt oræ paulatim recedere et late adhuc Hispaniæ magis magisque spatia contrahere; usque adeo semet terris angustantibus⁶, ut earum spatium inter duo maria dimidio minus sit quàm Galliam tangunt, quam ubi ad occidentem litus exporrigunt. Tractum Cantabri⁷ et Vardüli tenent. Cantabrorum aliquot populi amnesque sunt, sed quorum nomina nostro ore concipi nequeant. Per eosdem et Salenos Saunium, per Autrigones et Origenomescos Nanasa descendit, et Devales Tritium Tobilicum cingit, et Decium Aturia, et Oeasonem Magrada. Vardüli, ultima gens, hinc ad Pyrenæi jugi promontorium pertinens, claudit Hispanias.

1. *Ultimi in eo tractu*, que son los últimos en aquella plaga. (Llaman los geógrafos plaga (*tractus*) á cada uno de los cuatro puntos cardinales en que se divide el horizonte.)

2. *A Celtico promontorio*, desde el cabo de Finisterre.

3. *Perpetua*, no interrumpida.

4. *Astures*, Asturianos.

5. *Ignobilia*, poco conocidas.

6. *Terris angustantibus semet usque adeo...*, estrechándose las tierras hasta tal punto...

7. *Cantabri*, Cántabros. (Hoy Vizcainos.)

AGRICULTURA

EXTRACTOS DEL TRATADO DE RE RUSTICA

DEL ESCRITOR

L. JUNIO MODERATO COLUMELA

I

Modo de arar los campos.—Cuándo debe hacerse esta labor.

Pingues campi¹, qui diutiùs continent aquam, proscindendi sunt anni tempore jam incalescente², cum omnes³ herbas ediderint, neque adhuc earum semina maturuerint; sed tam frequentibus densisque sulcis arandi sunt, ut vix dignoscatur, in utram partem vomer actus sit⁴, quoniam sic omnes radices herbarum perruptæ⁵ necantur. Sed et compluribus iterationibus sic resolvatur vervactum in pulverem⁶, ut vel nullam, vel exi-

INTERPRETACIÓN Y ANÁLISIS. 1. *Pingues campi*, las tierras sustanciosas.

2. *Anni tempore jam incalescente*, cuando ya empieza á dejarse sentir el calor. (Los verbos que terminan en *sco* suelen indicar el principio de una acción. Así, *incalescere* es empezar á calentarse; *tremiscere*, empezar á temblar; *labascere*, empezar á bambolearse, estar para caer, etc.)

3. *Omnes*. (Arcaismo en vez de *omnes*. El acusativo plural de la tercera terminaba antiguamente en *eis*, y por contracción en *is*. Esta forma se usaba todavía en el siglo de oro en los sustantivos y adjetivos cuyo genitivo plural acaba en *ium*. Así encontramos los acusativos *omnis, civis, gentis, urbis*, etc., en lugar de *omnes, cives, gentes, urbes*. Posteriormente sólo se usó este caso con la desinencia en *es*.)

4. *In utram partem vomer actus sit*, qué dirección llevó el arado.

5. *Perruptæ*, cortadas por medio. (Nótese la fuerza de la preposición componente. *Ruptæ*, tronzadas ó rotas por cualquiera parte; *perruptæ*, precisamente por medio.)

6. *Sic resolvatur vervactum in pulverem*, de tal modo debe pulverizarse el barbecho...

quam desideret occationem, cum seminaverimus. Nam veteres Romani dixerunt, malè subactum agrum ¹, qui satis frugibus occandus sit: eum porro, an rectè arètur, frequenter explorare debet agricola. Nec tantum visu qui fallitur nonnumquam, superfusa terra latentibus scamnis ², verum etiam tactu, qui minus decipitur, cum solidi rigoris admota pertica ³ transversis sulcis inseritur: ea si aequaliter ac sine offensione penetravit, manifestum est, totum solum deinceps esse motum: sin autem subeunti ⁴ durior aliqua pars obstitit, crudum ⁵ vervactum esse demonstrat. Hoc cum saepius bubulci fieri vident, non committunt scamna facere. Igitur uliginosi campi proscindi debent post Idus mensis Aprilis. Quo tempore cum arati fuerint diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum, vel octavum Calendas Julias, iteratos esse oportebit ⁶, ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos ⁷: cum id tempus ab aestivo solstitio convenit inter peritos rei rusticae non esse arandum ⁸, nisi si magnis, ut fit nonnumquam, ac subitaneis imbris, quasi hybernis pluviis, terra perma-

1. Malè subactum agrum, que no está bien arado el campo.

2. Scamnis latentibus superfusa terra, no viéndose el lomo que hay entre surco y surco con la tierra derramada por encima. (Superfundere, fundere super, deccamar sobre ó encima.)

3. Pertica solidi rigoris, pertiga inflexible.

4. Sin autem subeunti (perticae) durior aliqua pars obstitit, más si al introducirla en la tierra tropieza con alguna parte dura que opone resistencia... (Nótese la propiedad de subire, -ire sub,- que por la preposición componente significa ir, meterse por debajo.)

5. Crudum, sin remover.

6. Iteratos esse oportebit, convendrá ararlos de nuevo. (Nótese la forma del infinitivo iteratos esse, en vez de eos oportebit iterare. Con este determinante y con los verbos volo, nolo, malo y cupio suele hallarse repr sentada la proposición infinitiva por el participio de pretérito con elipsis del verbo esse: "Hoc natura praescribit, ut homo homini consultum velit," Cic.)

7. Tertiatos (oportebit), convendrá repetir por tercera vez la misma operación.

8. Convenit inter peritos rei rusticae non esse arandum id tempus, están conformes los labradores inteligentes en que no se debe arar en aquel tiempo. (Id tempus: este acusativo pende de las preposiciones ad, per ó circa sobreentendidas. Pudo decir también id temporis ó eo tempore: "locus ab omni turba, id temporis, vacuus," Cic. Esto es, ad id temporis. Tales maneras de decir deben mirarse como locuciones adverbiales. Con respecto á convenit, vid. not. 3, pág. 103.)

duerit ¹. Quod cum accidit ², nihil prohibet, quominus mense Julio vervacta subigantur: sed quaecumque arabitur, observabimus, ne lutosus ager tractetur, neque exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosamque appellant. Ea est, cum post longas siccitates levis pluvia superiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attingit. Nam quae limosa versantur arva, toto anno desinunt posse tractari, nec sunt habilia sementi, aut occationi, aut satiōni. At rursus, quae varia subacta sunt continuo triennio, sterilitate afficiuntur. Medium igitur temperamentum maxime sequamur in arandis agris, ut neque succo careant, nec abundant uligine. Quippe nimius humor, ut dixi, limosos, lutososque reddit; at quae siccitatibus aruerunt, expediri probe non possunt: nam vel respuitur duritia soli dens aratri, vel si qua parte penetravit, non minute diffundit humum, sed vastos cespites convellit, quibus objacentibus impeditum arvum ³ minus recte potest iterari, quia ponderibus glebarum, sicut aliquibus obstantibus fundamentis, vomis a sulco repellitur: quo evenit, ut in iteratione quoque scamna fiant, et bobes iniquitate operis maxime multentur ⁴. Accedit huc, quod omnis humus, quamvis laetissima ⁵, tamen inferiorem partem jejuniorem habet, eamque attrahunt excitatae majores glebae. Quo evenit, ut infe-

1. Permaduerit, se empapare. (Véase la fuerza que da la preposición á este verbo. Madere es simplemente humedecerse, rociarse, mojarse superficialmente; permadere es penetrarse de la humedad, empaparse, rebozar en agua.)

2. Quod cum accidit, llegado este caso. (Elegante manera de decir: el relativo se emplea aquí en sustitución del demostrativo hoc.)

3. Arvum. (Más arriba ha dicho campus, ager, vervacum: veamos la diferencia que hay entre estas voces: campus, es la llanura ó planicie; ager, tierra de labor destinada al cultivo, y también el territorio de una población; arvum, la heredad ya cultivada ó arada; vervacum, tierra que se ara en la primavera y descansa hasta el otoño.)

4. Et bobes multentur maxime iniquitate operis, y los bueyes quedan muy fatigados con un trabajo tan penoso. (Cuando el sustantivo iniquitas se refiere á personas, significa injusticia ó maldad; cuando á cosas, dificultad ó mala disposición; cuando á lugares, desigualdad, escabrosidad, desventaja: Ej. Iniquitas praetoris, injusticia del pretor; Iniquitas loci, desigualdad del terreno; Iniquitas rerum, mala disposición de las cosas.)

5. Quamvis laetissima, porfertil que sea. (Así se vierten al castellano los superlativos latinos, cuando se les junta una conjunc. adversativa: Decipietur, quamvis callidissimus, se la pegarán, por astuto que sea.)

cundior materia mista pinguiōri segētem minūs ubērem reddat; tum etiā ratio rustici aggravātur ¹ exiguo profectu opēris. Justa enim fiēri nequeunt, cum induruit ager. Itāque siccitatibus censeo, quod jam proscissum est, iterāre, pluviamque opperiri, quā, madefactā terrā, facilem nobis culturā præbeat. Sed jugērum talis agri quatuor opēris expeditur: nam commōdē proscinditur duābus, una iterātur, tertiātur dodrante, in liram statim redigitur ² quadrante opēra. Liras autem rustici vocant easdem porcas, cum sic arātum est, ut inter duo latiūs distantes sulcos medius cumūlus siccam sedem frumentis præbeat. Colles pinguis soli, peracta satiōne, trimestri mense Martio: si verò tepor cœli, siccitasque regiōnis suadēbit, Februario statim proscindendi sunt. Deinde de Aprili medio usque in solstitium iterandi, tertiamdique Septembri circa æquinoctium, ac totidem opēris, quod uliginōsi campi excollitur jugērum talis agri. Sed in arando maximē est observandum, semper ut ³ transversus mons sulcētur. Nam hac ratiōne difficultas acclivitātis infringitur, laborque pecūdum et hominum commodissimē sic minuitur. Paulūm tamen, quotiescumque iterabitur, modō in elatiōra, modō in depressiōra clivi ⁴ obliquum agi sulcum oportēbit, ut in utramque partem rescindamus, nec eōdem vestigio terram molliāmur. Exilis ager planus, quis aquis abundat, primūm arētur, ultima in parte mensis Augusti. Subinde Septembri sit iterātus, paratusque sementi circa æquinoctium. Expeditior autem labor ejusmōdi soli est, eo quōd ⁵ pauciores impenduntur opērae, nam tres uni jugēro sufficiunt. Item graciles clivi non sunt æstāte arandi, sed circa Septembres

1. *Ratio rustici aggravatur*, sale perdiendo el labrador.

2. *In liram statim redigitur*, se la surca sin detención.

3. *Semper ut...* (Elegante trasposición, que no debe pasar desapercibida para el alumno. Póngase el *ut* antes del *semper*, y se verá cuánto pierde la frase. Esta conjunción suele posponerse con gracia á los pronombres, á las palabras negativas, y otras que denotan cantidad, aumento ó disminución: "*Literæ tuæ ita conscriptæ sunt, nihil ut iis esse possit elegantius.*" Cic.)

4. *Elatiōra.... depressiōra clivi*, lo más alto, lo más bajo de la cuesta. (En latin suelen sustantivarse los adjetivos en ambos números: *aliquid solatii, multum utilitatis, insueta viarum, aspera montium*, etc. No así en castellano, pues si bien decimos *lo duro de tal medida, lo penoso de aquel viaje*, etc., no podemos emplear igualmente el número plural, por carecer nuestra lengua de género neutro.)

5. *Eo quod....* porque....

Calendas; quoniam, si ante hoc tempus proscinditur, effœta et sine succo humus ¹ æstivo sole peruritur, nullasque virium reliquias habet. Itāque optimē inter Calendas et Idus Septembris aratur, ac subinde iteratur, ut primis pluviis æquinoctialibus consēri possit; neque in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est.

II

Modo de abonar la tierra delgada.

Prius tamen quā ² exilem terram interemus, stercorare conveniet, nam eo quasi pabulo gliscit. In campo rarius, in colle spissius, acervi stercoris instar quinque modiōrum disponentur; at que in plano pedes intervalli quoquoversus esto, in clivo duobus minūs relinqui sat erit; sed id nobis decrescente luna fieri placet ³, nam ea res herbis liberat segētes. Jugērum autem desidērat, quod spissius stercoratur, pedes quatuor et viginti; quod rarius, duodeviginti. Disjectum deinde protinus fimum inarari et obrui convēnit, ne solis halitu ⁴ vires amittat, et ut permisto humus prædicto alimento pinguescat. Itāque cum in agro disponentur acervi stercoris, non debet major modus eorum dissipari, quā quem bubulci eōdem die possint obruere.

III

Cuándo deben abonarse los campos.

Intērim qui frumentis arva præparare volet ⁵, si autumno

1. *Humus effœta et sine succo*, tierra gastada y sin jugo.

2. *Prius tamen quā....* pero antes de.... (Tmesis, en lugar de *priusquam* tamen.)

3. *Sed id nobis decrescente luna fieri placet*, pero nos parece conveniente hacer esta labor en cuarto menguante. (El verbo *placeo* tiene un sentido muy semejante al de *videor* cuando sirve de determinante á una proposición infinitiva. *Decrescere*, es menguar; esto es, lo contrario de *crescere*. Es digno de observarse que la preposición componente *de*, hace que la palabra simple pase algunas veces á significar lo contrario de lo que significaría por sí sola, como sucede en este verbo, y en las voces *deponere, dediscere, dedecus*, etc.; otras, no sólo no cambia su significación, sino que le da más fuerza, como se advierte en *deperditus, deprimere, depurgare, demirari*, etc.)

4. *Halitu solis*, con los vapores que exhala la tierra con el calor del sol.

5. *Qui volet*, el labrador que desee. (*Volet*, futuro de indicativo,

sementem facturus est, mense Septembri; si vere, qualibet parte hyemis modicos acervos luna decrescente disponat, ita ut plani loci jugerum duodeviginti; clivosi, quatuor et viginti vehes stercoreis teneat: et non antea dissipet cumulos, quam erit saturus. Si tamen aliqua causa tempestivam stercoratiōnem facere prohibuerit, secunda ratio est, antequam sarrias ¹, more seminantis ex aviariis pulvorem stercoreis ² per segētem spargere; si et is non erit, caprinum manu jacere, atque ita terram sarculis permiscere: ea res lætas segētes reddit. Nec ignorare colōnos oportet, sicuti refrigescere agrum, qui non stercoretur, ita peruri, si nimium stercoretur ³; magisque conducere agricolæ, frequenter id potius, quam immodicè facere. Nec dubium, quin aquosus ager majorem ejus copiam, siccus minorem desideret; alter, ⁴, quod assiduis humoribus rigens, hoc adhibito regelatur ⁵; alter, quod per se tepens siccitatibus, hoc assumpto largiore, torretur: propter quod nec deesse ei talem materiam, nec superesse oportet. Si tamen multum genus stercoreis suppetet ⁶, ei multum prodērit fecisse,

en lugar de *veluit* ó *voluerit*. Repugna al genio de nuestra sintaxis, como otras veces hemos visto, emplear el futuro de indicativo con el relativo: mas en latin es muy común usar con él de este tiempo, á lo cual llaman *enálage* los gramáticos. (La razón de decir *velit* y no *velit* ó *voluerit*, es porque Columela mira como real y positivo ese deseo en los labradores. Vid. not. 8., pág. 94.)

1. *Antequam sarrias*, antes de escardar la heredad.

2. *Pulverem stercoreis ex aviariis*, gallinaza. (Los sustantivos terminados en *arium* generalmente significan el lugar ó depósito donde se guardan las cosas cuya idea envuelve el sustantivo mismo; así, *aviarum* es el lugar donde se guardan las aves, palomar, gallinero, etcétera; *penarium* de penu -despensa donde se guardan las provisiones; *pomarium*, almacén ó depósito de frutas, ó lugar plantado de árboles frutales, etc.)

3. *Si nimium stercoretur*, con el excesivo abono.

4. *Alter*, el uno, el primero... *Alter*, el otro, el segundo. (Así se traduce este abjetivo cuando se repite en los dos miembros de una cláusula.)

5. *Regelatur*, se deshiela, se templá. La preposición componente *re* modifica de tres modos la palabra simple: unas veces equivale á *retro*, como en *respicere*; otras á *rursus*, como en *recolere*; otras, en fin, le da una significación contraria á la que tendría por sí sola: *Recludere*, abrir; *claudere*, cerrar; *Replumbare*, despegar lo soldado; *plumbare*, soldar; *Reprobare*, reprobar; *probare*, lo contrario, etc.)

6. *Si tamen multum genus stercoreis suppetet*, pero si hubiere en abundancia abono de diferentes clases... (El verbo *suppeto* sólo se usa en las terceras terminaciones y en el infinitivo. Se junta con no-

quod M. Columellam patrūum meum, doctissimum et diligentissimum agricolam, sæpenumero usurpasse memoriã repeto ¹, ut sabulosis locis cretam ingereret; cretosis, ac nimium densis, sabulum; atque ita non solum segētes lætas excitaret, verum etiam pulcherrimas vineas efficaciter. Nam idem negabat stercus vitibus ingerendum ², quod saporem vini corrumpēret; melioremque censebat esse materiam vindemiis exuberandis ³, congestitiam, vel de vepribus, vel denique aliam, quamlibet accessitam et advectam, humum. Jam verò, ut ego reor, si deficiatur omnibus rebus agricola, lupini certè expeditissimum præsidium ⁴ non deerit, quod cum exili loco circa Idus Septembris sparsērit, et inaraverit, idque tempestivè vomere vel ligone succiderit, vim optimæ stercoratiōnis exhibebit ⁵. Succidi autem lupinum sabulosis locis oportet, cum secundum florem ⁶; rubricosis, cum tertium egerit. Illic, dum tenerum est, convertitur, ut celeriter ipsum putrescat, permisceaturque gracili solo: hic jam robustius, quod solidiores glebas diutius sustineat et suspendat, ut eæ solibus æstivis vaporatæ resolvantur.

IV

Utilidad de los prados.

Atque hæc arator exequi poterit ⁷, si non solum quæ retuli

minativo de cosa y dativo de persona implícito ó explícito, y signífica tener en abundancia, estar sobrante algo.)

1. *Quod... sæpenumero usurpasse memoria repeto*, lo que recuerdo solía hacer muchas veces... (*Usurpare aliquid* es practicar una cosa con frecuencia: el verbo *facere* expresa meramente la acción: *facere aliquid* es ejecutar algo, pero sin designar el hábito que supone el *usurpare*.)

2. *Idem negabat stercus vitibus ingerendum*, decía este mismo que no debían abonarse las viñas con estiércol. (Cuando *nego*, *as*, viene por determinante de una proposición infinitiva, se le traduce con la significación de *decir*, y al segundo verbo se le añade el negativo *no*.)

3. *Vindemiis exuberandis*, para hacer una cosecha más abundante. (Vid. not. 10, pág. 187.)

4. *Expeditissimum præsidium*, facilísimo recurso.

5. *Vim optimæ stercoratiōnis exhibebit*, podrá suplir al mejor abono.

6. *Cum secundum florem* (egerit), cuando dé la segunda flor.

7. *Atque hæc exequi arator poterit*, todo esto podrá hacerlo el labrador. (*Arator*, el que cultiva la tierra por sí mismo; *agricola*, el labrador de oficio, aunque trabaje sus haciendas por medio de criados. Cicerón llama *aratores* á los labradores ricos.)

genèra pabulòrum providèrit, verùm etiam copiam fœni, quò meliùs armenta tueatur ¹, sine quibus terram commòdè moliri difficile est: et ideo necessarius ei cultus est etiam prati, cui vetères Romàni primas in agricolatiòne tribuèrunt ². Nomen quoquè indidèrunt ab eo, quòd ³ protinus esset paratum, nec magnum labòrem desideràret. M. quidem Portius et illa ⁴ commemoràvit, quòd nec tempestatibus affligerètur, ut aliæ partes ruris, minime sumptùs egens, per omneis annos præberet redditum, neque eum simplicem ⁵, cum etiam in pabùlo non minùs redderet, quàm in fœno. Ejus igitur animadvertimus duo genèra, quorum altèrum est siccaneum, altèrum riguum. Læto pinguique campo non desideràtur influens rivus, meliùsque habètur fœnum, quòd suapte natùrà succòso gignitur solo, quàm quòd irrigatum aquis elicitur; quæ tamen sunt necessariæ, si macies terræ postulat. Nam et in densa et resoluta humo, quàmvis exili, pratum fieri potest, cum facultas irrigandi datur ⁶. Ac nec campus concavæ positionis esse, neque collis prærupti debet: ille ne collectam diutius contineat aquam; hic ne statim præcipitem fundat. Potest tamen mediocrèter acclive, si aut pinguis est, aut riguus ager,

1. *Quò meliùs armenta tueatur*, para atender mejor al sostenimiento de los ganados. (No se confundan las voces *pecora*, *pecudes*, *armenta*, *greges*. *Pecora* se dice de los animales de todo género que se crían para utilidad del hombre; *Pecudes*, de los que pacen; *Armenta*, se toma casi siempre por el ganado mayor, especialmente el vacuno; *Grex*, por el menor, como cabras, ovejas, etc. Vid. not. 4, página 154.)

2. *Primas in agricolatione tribuerunt*, dedicaron su primera atención, concedieron el primer lugar á la agricultura. (Falta el sustantivo *partes* oculto por elipsis, *primas partes tribuerunt*. Dice *agricolatione* y no *agricultura*, porque éste designa el arte de labrar los campos; *agricolatio* y *agricultio*, la acción misma de labrarlos. En castellano se expresan estas dos ideas con la sola palabra *agricultura*.)

3. *Nomen quoque indiderunt ab eo, quòd...* diéronle también este nombre, porque.... (Aquí nos explica Columela la etimología de *pratum*, quasi *paratum*, por el escaso trabajo que supone. En cuanto á la significación de *indere*, vid. not. 1, pág. 83.)

4. *Illa*. (Este demostrativo sirve para preparar el *quod* del segundo miembro, y no hay necesidad de traducirle. Vid. not. 2, pág. 56.)

5. *Neque eum simplicem*, y éste duplicado. (El adjetivo *is*, *iste*, envuelve á veces el sentido de toda una proposición, así en latín como en castellano. "*Alexander parvis copiis fretus, superavit Darium cum infinito exercitu*, et id *in adolescentia*... De la misma clase es la locución del texto.)

6. *Cum facultas datur*, cuando hay proporción.

pratum fieri. At planities maxime talis probatur, quæ exigue pronæ non patitur diutius imbres, aut influentes rivus inmorari; aut si quis eam supervenit humor, lente proræpit. Itaque si palus in aliqua parte subsidens restagnat, sulcis derivanda est; quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus æquè est exitio ¹.

V

Modo de cultivar los prados.

Cultus autem pratòrum magis curæ, quàm labòris est. Primum, ne stirpes aut spinas validiorisque incrementi herbas inesse patiamur, atque alias ante hiemem, et per autumnum extirpemus, ut rubos, virgulta, juncos; alias per ver evellamus, ut intuba ac solstitiales spinas ², ac neque suem velimus impasci ³, quoniam rostro suffodiat, et cespites excitet; neque pecora majora, nisi cum siccissimum solum est, quoniam demergunt ungulas, et atterunt, scinduntque radices herbarum ⁴. Tum deinde macriora et pendula ⁵ loca mense Februario luna crescente fimo juvanda sunt ⁶. Omnesque lapides, et si qua objacent falcibus obnoxia, colligi debent, ac longius exportari, summittique ⁷ pro natùrà locòrum, aut tempòris, aut seriùs. Sunt etiam quædam prata situ vetustatis obducta vetèri vel crasso musco ⁸, quibus mederi solent agricolæ seminibus de tabulato superjectis, vel ingesto stercore,

1. *Æquè est exitio*, es igualmente perjudicial.

2. *Ut intuba ac spinas solstitiales*, como las achicorias y las zarzas de los solsticios. (*Solstitiales*, arcaismo, en vez de *solstitiales*. Vid. not. 3, pág. 191.)

3. *Ac neque suem velimus impasci*, y cuidaremos de que no entre á pacer allí el ganado de cerda. (*Impasci*, como si dijera *pasci in eo loco*.)

4. *Atterunt, scinduntque radices herbarum*, pisan y tronzan las raíces de la hierba.

5. *Macriora et pendula*, pendientes y poco substanciosos. (*Pendula*, de *pendere*, estar pendiente y colgado.)

6. *Fimo juvanda sunt*, deben abonarse.

7. (Es muy de notar la acertada elección que hace Columela de los verbos compuestos. Párese la atención en las modificaciones que dan á la palabra simple las preposiciones *ob*, *con*, *ex* y *sub* en las voces *adjacent*, *colligi*, *exportari*, *summitti*.)

8. *Situ vetustatis obducta musco*, que se cubren de musgo por ser ya muy viejos.

quorum neutrum tantum prodest, quantum si cinerem sæpius ingeras: ea res muscum enecat. At tamen pigriora sunt ista remedia, cum sit efficacissimum de integro locum exarare. Sed hoc si prata cœpimus, facere debemus: sin autem nova fuerint instituenda, vel antiqua renovanda (nam multa sunt, ut dixi, quæ negligentia exolescant¹, et fiant sterilia), ea expedit, interdum etiam frumenti causa², exarare; quia talis ager post longam desidiâ lætas segètes affert. Igitur eum locum, quem prato destinaverimus, æstate procissum, subactumque sæpius per autumnum, rapis, vel nâpis, vel etiam fabâ conseremus: insequente deinde anno, frumento: tertio diligenter arabimus, omnesque validiores herbas, et rubos, et arbôres, quæ interveniunt, radicibus extirpabimus³, nisi si⁴ fructus arbusti id facere nos prohibuerit: deinde viciam⁵ permistam seminibus fœni seremus; tum glebas sarcûlis resolvemus, et inducta crate cœquabimus, grumosque, quos ad versuram plerumque tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, ut necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere⁶. Sed eam viciam non convénit ante desecare, quàm permaturuerit⁷, et aliqua semina subjacenti solo jecerit. Tum fœnisecam mesorem oportet inducere, et desectam herbam religare et exportare, deinde locum rigare, si fuerit facultas aquæ, si tamen terra densior est: nam in resoluta humo non expedit inducere majorem vim rivô-

1. *Exolescant negligentia*, llegan á perder su vigor por falta de cuidado.

2. *Frumenti causa*, para sembrar grano.

3. *Extirpabimus radicibus*, arrancaremos de raíz.

4. *Nisi si.....*, excepto cuando..... (Para el rigor gramatical basta el *nisi*: el *si* es pleonástico, y sirve para encarecer más la importancia de la condición.)

5. *Viciam*, arvejas y algarrobas.

6. *Ita ut necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere*, de modo que no encuentre tropiezo alguno la cuchilla de la guadaña. (*Fœnisecæ* significa á la letra el segador del heno, como claramente aparece de la etimología misma de la palabra, compuesta de *fœnum*, el heno, y el verbo *secare*, cortar. Vid. *sicubi*, *necubi*, not. I, pág. 185.)

7. *Ante..... quàm permaturuerit*, hasta que haya llegado á su perfecta sazón. (Las palabras *antequam*, *priusquam*, se dividen elegantemente por la *tnesis*, interponiendo otra dicción entre los dos elementos componentes. Póngase el *quàm* después del verbo *desecare*, y se verá que el pasaje pierde mucha parte de su hermosura. Nótese de paso la fuerza de la preposición en el verbo *permaturuerit*.)

tum, priusquam conspissatum et herbis colligatum¹ sit solum; quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisque radicibus, gramina non patitur coalescere; propter quod nec pecora quidem oportet teneris adhuc et subsidentibus pratis immittere; sed quoties herba prosiluerit, falcibus desecare. Nam pecudes, ut ante jam dixi, molli solo infigunt ungulas, atque interruptas non sinunt herbarum radices serpere et condensare; altero tamen anno minora pecora post fœnisicia permittemus admitti, si modò siccitas et conditio loci patietur². Tertio deinde, cum pratum solidius ac durius erit, poterit etiam majores recipere pecudes³; sed in totum curandum est, ut secundum Favonii exortum⁴ mense Februario circa Idus, immistis seminibus fœni, macriora loca, et utique celsiora stercorentur; nam editior clivus præbet etiam subjectis alimentum⁵, cum superveniens imber, aut manu rivus perductus succum stercoris in inferiorem partem secum trahit: atque ideo ferè prudentes agricolæ etiam in aratis collem magis, quàm vallem stercorant, quoniam, ut dixi, pluvix semper omnem pinguiorem materiam in ima deducunt⁶.

VI

Siega del heno. — Modo de conservarlo.

Fœnum autem demelitur opimè, antequam inarescat, nam et

1. *Conspissatum et colligatum herbis*, condensado y cubierto de hierba por igual.

2. *Si modò siccitas et conditio loci patietur*, si lo permite lo seco y bien acondicionado del terreno.

3. *Pecudes majores*, las reses mayores.

4. *Secundum exortum Favonii*, cuando empieza á reinar el Favonio. (*Secundum*, preposición de acusativo, cuya raíz es *sequi*, significa á lo largo de, cuando se refiere á lugares, v. gr.: *Secundum ripam*, á lo largo de la orilla ó de la ribera; pero denotando tiempo, significa luego que, así que, como sucede en este lugar. Fuera de tales casos, designa conformidad ó arreglo: *Secundum naturam*, conforme á la naturaleza.)

5. *Præbet etiam alimentum subjectis*, proporciona también alimento á las partes más bajas. (*Subjectis*, como si dijéramos *jactis sub*, puestas debajo.)

6. *Deducunt in ima pinguiorem materiam*, arrastran al fondo la parte más substancial del abono. (*Deducunt* -ducunt de. En *ima* se entiende *loca*; pero debe mirarse como un adjetivo sustantivado.)

largiùs percipitur ¹, et jucundiorem cibum pecudibus præbet. Est autem modus in siccando, ut neque peraridum, neque rursus viride ² colligatur: alterum ³, quòd omnem succum si amisit, stramenti vicem obtinet; alterum, quòd si nimium retinuit, in tabulato putrescit, ac sæpè concaluit, ignem creat et incendium: nonnumquam etiam, cum fœnum cecidimus, imber oppressit; quod si permaduit, inutile est udum movère, meliùsque patièmur superioriorem partem sole siccari; tunc demum convertèmus, et utrumque siccatum coarctabimus in striam, atque ita manipulos vinciemus: nec omnino cunctabimur, quominus sub tectum congeratur ⁴, vel si non compètit ut aut in villam fœnum portetur, aut in manipulos colligatur. Certè quidquid ad eum modum, quod debet, siccatum erit, in metas extrui conveniet, easque ipsas in angustissimos vertices exacui ⁵. Sic enim commodissimè fœnum defenditur a pluviis; quæ etiam si non sint, non aliènum tamen est ⁶ prædictas metas facère, ut si quis humor herbis inest ⁷, exudet, atque excoquatur in acervis, propter quod prudentes agricolæ, quàmvis jam illatum tecto non ante ⁸ compõnunt, quàm per paucos dies tenuère congestum, ut in se concõqui et deferves-

1. *Largiùs percipitur*, se hace mayor cosecha.

2. *Neque peraridum, neque rursus viride*, ni muy agostado, ni por el contrario verde. (*Peraridum* vale tanto como *aridissimum*. Vide not. 10, pág. 183. *Rursus* tiene en esta frase el mismo sentido que *contra* ó *contrariò*; lo cual sucede siempre que denota contraposición de ideas, especialmente si en su proposición figuran las conjunciones negativas *neque, nec*: "Neque *me doloribus dedi*... nec *rursus indignis homine docto voluptatibus*... Cic.)

3. *Alterum... alterum...*, lo primero... lo segundo...

4. *Nec omnino cunctabimur, quominus sub tectum congeratur*, y lo pondremos sin dilación bajo techado. (Dice *quominus congeratur*, por ser negativa la proposición principal. Esta conjunción rara vez se emplea de otro modo.)

5. *Exacui in angustissimos vertices*, hacinarlas en forma de un estrechísimo cono.

6. *Non alienum est*, no es fuera de propósito.

7. *Si quis humor inest herbis*, si aún conserva alguna humedad la hierba. (El verbo *inesse* lleva un dativo por complemento, como los más de los compuestos de *sum*, el cual puede mudar en ablativo, especialmente si es de persona. En uno y otro caso se traduce bien con la significación de *tener* ú otra equivalente.)

8. *Ante... quàm*. (Vid. not. 7, pág. 200.)

cère patiantur. Sed et jam fœniscia sequitur cura messis ¹, quam ut rectè possimus percipère, prius instrumenta præparanda sunt, quibus fruges coguntur.

VII

Modo de arreglar la era.

Area quoque, si terræna erit ², ut sit ad tritüram satis habilis, primùm radatur, deinde confodiatur, permistisque paleis cum amurca, quæ salem non accèpit, extergatur: nam ea res a populatiõne ³ murium, formicarumque frumenta defendit: tum æquata paviculis vel molari lapide ⁴ condensetur, et rursus subjectis paleis ⁵ inculcetur, atque ita solibus siccanda relinquatur. Sunt tamen qui potiùs adjacentium fabalium partem tritüræ destinant ⁶; areamque, demessa faba et lecta, expoliunt ⁷; nam dum a pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam unguis atteruntur; atque ita glabrescit ⁸, et fit idonea tritüris area.

VIII

De la siega y trilla.

Sed cum matüra fuèrit seges, ante quàm torreatur vaporibus æstivi sidëris ⁹, qui sunt vastissimi per ortum Canicülæ, celeriter demetatur; nam dispendiosa est cunctatio ¹⁰: primùm, quod avi-

1. *Fœniscia sequitur cura messis*, á la recolección del heno siguen luego los cuidados de la cosecha.

2. *Si terræna erit*, si fuere de tierra.

3. *A populatiõne*, etc., preserva el grano de los ratones y de las hormigas.

4. *Paviculis vel molari lapide*, con pisones, ó con una piedra de moler.

5. *Subjectis paleis*, cubriéndola de paja.

6. *Adjacentium fabalium, partem tritüræ destinant*, destinan un trozo de los habares que están cerca para trillar en ellos.

7. *Expoliunt aream*, arreglan la era.

8. *Glabrescit*, se queda limpia.

9. *Vaporibus sideris æstivi*, con los calores del estío.

10. *Cunctatio est dispendiosa*, el retrasar esta labor trae muchas pérdidas.

bus prædam cæterisque animalibus præbet; deinde ¹, quod grana et ipsæ spicæ, culmis arentibus et aristis ², celeriter decidunt; si verò procellæ ventōrum, aut turbīnes incesserint ³, major pars ad terram defluit, propter quæ recrastināri non debet ⁴; sed æqualiter flaventibus jam satis, antequam ex toto grana indurescant, cum rubicundum colōrem traxerunt, messis facienda est, ut potius in area et in acervo, quàm in agro grandescant frumenta: constat enim, si tempestivè decisa sint, postea capere incrementum ⁵. Sunt autem metendi genēra complūra. Multi falcibus vericulatis, atque iis, vel rostratis, vel denticulatis ⁶, medium culmum secant: multi mergis, alii pectinibus spicam ipsam legunt; idque ⁷ in rara segēte facillimum, in densa difficillimum est. Quod si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in acervum, vel in nubilarium ⁸ congeritur, et subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. Sin autem spicæ tantummodo recisæ sint, possunt in horreum conferri, et deinde per hyemem vel baculis excuti, vel exteri pecudibus. At si compētit, ut in area teratur frumentum, nihil dubium est, quin ⁹ equis melius quàm bubus ¹⁰ ea res conficiatur, et si pauca juga sunt, adjicere tribulam et traham possis: quæ res utræque culmos facillimè comminuit. Ipsæ autem spicæ melius fustibus tunduntur, vannisque ¹¹ expurgantur. At ubi paleis immista sunt frumenta, vento separantur. Ad eam rem Favonius habetur eximius, qui lenis, æqualis-

1. *Deinde*, lo segundo. (*Deinde* se emplea elegantemente en las numeraciones; en lugar de *secundò*.)

2. *Culmis et aristis arentibus*, si se agostan las cañas y la rassa.

3. *Si verò procellæ ventorum aut turbīnes incesserint*, y si sobrevienen vientos fuertes ó torbellinos.

4. *Non debet recrastinari*, no debe dejarse de un día para otro.

5. *Capere incrementum*, que pujan.

6. *Atque iis, vel rostratis, vel denticulatis*, y estas, rostradas ó dentadas.

7. *Idque*, etc., lo cual es muy facil si están poco espesas las mieses, pero muy difícil hallándose pobladas.

8. *In nubiliarum*, al cobertizo. (Entiéndese por el pórtico de la granja ó casa de labranza donde se guardan las mieses.)

9. *Nihil dubium est quin...*, es indudable que...

10. *Melius quàm bubus*, mejor que con los bueyes. (Este sustantivo es irregular en el genitivo plural *boum*, y en el dativo y ablativo del mismo número *bobus* ó *bubus*. La primera es la forma más ordinaria.)

11. *Vannis*, con cribos ó arneros. (*Vannus* con una sola *n* es adjetivo, *cosa vana*.)

que æstivis mensibus perflat ¹, quem tamen opperiri lenti est agricolæ ², quia dum exspectatur, sæva nos hyems deprehendit. Itaque in area detrita frumenta sic sunt aggeranda, ut omni flatu ³ possint excerni. At si compluribus diēbus undique silēbit aura ⁴, vannis expurgentur, ne post nimiam ventōrum segnitiam vasta tempestas irritum faciat totius anni labōrem. Pura deinde frumenta, si in annos reconduntur, repurgari debent; nam quāto sunt expolitiora, minūs a curculionibus exeduntur ⁵: sin protinus usui destinantur, nihil attinet repoliri, satisque est in umbra refrigerari, et ita granario inferri. Leguminum quoque non alia cura est, quàm reliquōrum frumentōrum: nam ea quoque, vel statim absumentur, vel reconduntur; atque hoc suprēum est aratōris emolumentum ⁶ percipiendōrum seminum, quæ terræ crediderat.

1. *Perflat lenis æqualisque*, sopla suavemente y con igualdad.

2. *Quem tamen opperiri est lenti agricolæ*, mas el esperar á que reine es un indicio de pereza en el labrador. (La proposición infinitiva sirve de sujeto al verbo *sum* en esta frase; de modo que el sentido es: *Opperiri Favonium est signum lenti agricolæ*. La idea de propiedad, posesión ó pertenencia se expresa muchas veces en latin con el verbo *esse* y un genitivo, cuyo caso pende de un sustantivo oculto. "Cujusvis est errare, nullius, nisi insipientis, in errore perseverare.", Cic. En cuanto á la propiedad de *opperior*, y más adelante *exspecto*, vid. not. 5, pág. 136.)

3. *Omni flatu*, á todos los vientos.

4. *Si aura silēbit*, si el viento está en calma.

5. *Minūs a curculionibus exceduntur*, no les entre el pico tan fácilmente.

6. *Suprēum emolumentum*, la principal utilidad.